NOS
FRATER MATTHÆUS FESTING

DEI GRATIA

SACRÆ DOMVS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS HIEROSOLYMITANI ET MILITARIS ORDINIS SANCTI SEPVLCRI DOMINICI

MAGISTER HVMILIS PAVPERVMQVE JESV CHRISTI CVSTOS

Regiae Celsitudini Suae Principi Carlo Maria di Borbone delle Due Sicilie
Duci Castrensis - Equiti Bajulivo Magnae Crucis Honoris et Devotionis Ordinis Nostri

Nobis dilecto , salutem in Domino sempiternam.

Merita et animi tui erga Ordinem Nostrum propensio ac devotio, quibus apud Nos summopere commendaris, Nos hortantur ut ornatissimam personam tuam singulari benevolentiæ significatione complectamur. Itaque, præcibus pro parte tua Nobis porrectis libenti animo annuentes, Tibi ut

Magnam Crucem - Peculiaris Gradus

Ordinis pro Merito Melitensi gestare et deferre valeas indulgemus plenamque licentiam et facultatem concedimus et elargimur. Præcipientes universis et singulis dictæ Domus Nostræ Fratribus quacumque auctoritate, dignitate, officioque fungentibus præsentibus et futuris in virtute sanctæ obedientiæ ne contra præsentes Nostras concessionis, declarationis, et participationis litteras aliquatenus facere, vel venire præsumant, sed eas studeant inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium Bulla Nostra Magistralis in cera nigra præsentibus est impressa.

Datum Romæ, in Aede Magistrali, die XI *mensis* Februarii *anno* MMXIII

Magnus Cancellarius

Jean Pierre Mazery

Registrata in Cancellaria Nostra
Num. 9882 *Rep. Gen.*